Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



89

quia ordo doctorum. fidem sancte tri
nitatis. & mysterium filii dei fideliter
est prosecutus. Homen ebron. amte cariatha
arbe uocabatur. quę ciuitas quatuor
interpretatur. quia in quatuor flumini
bus paradysi. quatuor euangeliorum eminen
tia prefignatur. cui tota ueteris ac noui tes
tamenti series famulatur. Adam maximi
ibi inter enachim est situs. quia xpc om
nium hominum potentissimus. in litte
ris. in allegoriis. in moralitatibus. uirtutisq;
testamenti est repositus. Terra cessat a pre
liis. cum p spiritum sanctum. scriptura
reuelatur. sanctis apostolis. Predicantib
enim seis apostolis. par illa in ecclesia gen
tium constituitur. de qua ezayas propheta
loquitur. Conflabunt gladios suos in
uomeres. & lanceas suas in falces. Non leua
bit gens contra gentem gladium. nec ex
ercebuntur ultra ad prelium. Terra cessat
a preliis. cum quisq; fidelis. patefacto sibi
lumine intelligentię spiritalis. sopitur
ab omni impetu temptationis carnalis.
Nichil enim concupiscentię carnalis sic tela
retundit. sicut cum quis meditationi sce
scripturę iugiter intendit. Terra cessat
a preliis. cum in regno celesti. ubi omis
erunt docibiles dei. spiritus sancti regniu
in sempiternum durabit. cui nulla mo
tus uel uicioe contradictio repugnabit.

Cap. XV. Sequitur. Igitur Sors filio
rum iude p cognationes suas ista fuit.
a termino edom. usq; ad desertum sin.
contra meridiem. & usq; ad extremam par
tem australis plagę. Initium eius. a sum
mitate maris salsissimi. & a lingua eius
quę respicit meridiem. egrediturq; con
tra ascensum scorpionis. & pransit in syna.
ascenditq; in cades barne. & pueniit in esron.
ascendens addaram. & circuiens caratha. atq;
inde pransiens in asemona. & pueniens ad to
rrentem egypti. eruntq; terminii eius mare
magnum. Hic erit finis meridianę plagę.

Cogor hic exclamare. uoce psalmistę.
Non me demergat tempestas aquę. neq;
absorbeat me profundum. neq; urgueat super
me puteus os suum. Video enim aquas torren
tis minis intumescere. quem me non spero
posse transuadare. nisi ille michi dignetur
uiam aperire. qui filios israhel uel p mare
rubrum. uel p arenem iordanis alueum sic
eis uel hgiis fecit transire. Igitur sors
filiorum iude p cognationes suas ista fuit.
Quoniam iuda confessio dicitur. filii iude il
li recte uocantur. qui in lege dni die ac nocte
meditantur. ac pinde uera scientia. et per
fecta uita. diuinę laudationis debitum. iu
giter exsoluere conantur. Quorii nimirii
filiorii iude sors est ista. ut concupiscentia
carnis. & concupiscentia oculoe remota. su
perbia quoq; uitę seposita. sola agant quę
sunt spiritalia. deoq; placita. p continentię.
orationis. & meditationis commercia. Per
cognationes suas. solis ipsis cognitas. quę st
initium conuersionis. meditatas pbationis. ma
turitas perfectionis. & sera stabilitatis. Quę nim
rum cognationes. in subsequente littera denotan
tur. ideoq; recte subditur. A termino edom.
usq; ad desertum sin. contra meridiem. &
usq; ad extremam partem australis plagę.
Edom rufus uel terrenus interpretatur. p quę
carnalitas hominis. uel terrenitas rubens san
guine diuersę pollutionis figuratur. Qui
edom terminatur. cum p initium euersio